



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

51 Accuratam seruare disciplinam militarem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM LI.

ACCVRATAM SERVARE DIS-  
ciplinam militarem.

*Disciplinam  
militarem*

*seruare.*

1. **A**B Alexandro Seuero Imp. Mammææ filio, in expeditionibus, si quis de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci fustibus aut virgis cædebatur, aut alioqui condemnabatur. Si dignitas personæ tales poenæ non recipiebatur, grauiſſimis contumelijs afficiebatur, cum diceret: *Velle ne hoc in tuo agro fieri, quod faci in alieno.*

*Vide de  
Pœnis.*

Eti veræ rectæque religionis expertes sint homines, diuinitus tamen est cuique insitum à natura, vt vitium malum & turpe, virtus autem bonum censeatur & pulchrum, illiq; poenam, huic verò præmium à Deo iure debitum existimetur. Huius in mente hominum sculptæ legis hic Imperator se pro viribus cultorem exhibuit: nam in paranda expeditione cõtra Persarum regem Artaxerxem, Antiochiæ cum esset, eius rei egregiũ specimen edidit, cum, licet in procinctu, quando alij Imperatores solent militibus indulgere, ac pariter officijs demulcere, ipse tunc potissimum equi solũ rationem ducens, milites quosdam se mulieribus admiscentes, delitijque dantes coniecit in vincula, legionemque pro illis tumultuantem exauthorauit, vixque rogatus post dies 30. restituit. Tribunal enim ascendit, ac vinculis omnibus ad tribunal aduersus, circumstantibus militibus, & quidem armatis, grauitè illos admonuit, vt meminissent Roma-

*Lampr. Ba-  
ron. Anno  
Christi 236.  
Fulg lib. 2.  
c. 2.*

*Seueri seue-  
ra discipli-  
na.*

Roma-

Romanæ disciplinæ. Cùm loquentem militem  
multu interpellarent, nihil conterritus, iusti-  
tales voces edere aduersus hostes, non ad-  
sus Imperatorem. Cùm verò vehementius et  
fremere, ac serio minarentur: *Deponite,*

*dextras contra hostem erigendas, si fortes esse  
ista non terrent.* Cùm non desinerent fremere,  
exclamauit: *Quirites discedite, atq; arma depo-  
nite.* Mox omnes non armis solum, sed & signis  
militaribus depositis, in varia diuersa forma re-  
serunt. Solus inermisq; toruo vultu, graui  
sonante voce omnem exercitum exauthorauit.

*Vna Princi-  
pis vox  
multos ira-  
tosq; exar-  
mauit.*

*Car Alexan-  
dro potius,  
quam Ar-  
taxerxi sa-  
uerit Deus.*

Post tamen (teste Lampr.) eius legionis multo  
fidelissimis vsus est. Huiusmodi iusticia in  
exercitus, hostem potentissimum inuictum  
hactenus profligauit, quem contra nulla ratio  
æqui ratio, sed solum tumor mentis fallaci-  
perbia ad bellum accinerat: quippe qui  
actor est *Herodianus lb. 6.*) litteras pacis ad  
xandro missas barbarica insolentia contempsit.

Quantum enim conferat, etiam Ethnici-  
quirendis rerum dominijs propulsatio vitiorum  
atque ad morum optimorum numeros atque  
rata vita hominum, S. Augustinus s. de Ciuitate  
6. 12. 13. 14. 15. pluribus disserit, ostendens Romanos  
olim his egregie imbutos, plurimos impios  
pulos subiecisse: è contrario verò vitiis  
cremento regna maxima corruisse. Nota quoque  
artibus etiam impij valeant sibi ad maxima  
que promerenda caeleste numen conciliare,  
busue factis iidem illud sibi infensum reddere.

Idem Alexander rectè dixit: *Disciplina  
rum Remp. tenet, qua si dilabatur, & nomen Ro-  
num & Imperium amittimus.* Lampr. nam,

Val. lib. 2. c. 2. ea acriter retenta Principatum terrarum Romano Imperio peperit, & e sine militaris disciplinae omnes triumphum manarunt.

2. Aurelianus 36. imp. cum litteras accepisset a suo vicario, quibus scire cupiebat, quomodo res gerenda esset, rescripsit: Si vis Tribunus esse, imò si vis vivere, manus militum contine. Nemo pulum alienum rapiat, ouem nemo conringat, vna nullus auferat, segetem nemo detrahat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annona sua contentus, sit. De praeda hostis, non de lacrymis prouincialium habeat: arma tersa sunt, ferramenta famiata, calciamenta fortia, vestis noua vestem veterem excludat, stipendium in baltheo, non in popina habeat: torquem brachialem & anulum apponat, equum saginarium suum defricet, captum animal non vendat, mulum centuriatum comiter curet, alter alteri quasi seruus obsequatur, a medicis gratis curetur, aruspibus nihil dent, in hospitibus castè se agant, qui litem fecerit vapulet. Has aequas leges Tribuno & militibus praescripeas Vopiscus ex epist. Aurel. refert. Eisdem fermè leges Ioannes Baptista militibus, salutis viam addiscere cupientibus olim praescripsit: *Neminem conuulatis, neque calumniam faciatis, & aduenti estote stipendijs vestris.* Luc. 3.

3. Theodosius Imp. Anno Christi 393. aduersus Eugenium Tyannum, Occidentale Imperium occupantem, expeditionem parans, ne quid indignum, quo diuina prouocaretur vindicta, milites perpetrarent licentia militari, quo eos intra fines modestiae contineret, haec rescripsit ad comites vtriusque militiae: *Nemo militans a suo hospite saluami nomine aliquit postulet, id est, ne*

Baron. An-  
no Christi  
271.

al. deponat.

Alex. lib. 6:  
c. 18.

al. habeant.

v lignum,



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

- lignum, aut oleum, culcitrae uel poscantur.* l. 3. de fili-  
gam. C. Theod. Baron. Tom. 6. Anno Christi 707.
4. *Clodoueus Rex Gallia* scribit ad Episcopos  
Concilij Aurelianensis, quod militibus seru-  
dum praeceperit, ut nullus sanctimonialibus, uel  
clericis, Ecclesiarum seruis uolentibus  
uel damnum inferant: idque inuolabiliter  
luit custodiri. Hinc de ipso Greg. Tur. ait de  
*Franc. lib. 2. cap. 37.* Quoniam pars per terram  
Turonicum transibat, pro reuerentia  
Martini dedit Edictum, ut nullus de regione  
aliud, quam herbarum alimenta, aquamque pro-  
sumeret. Quidam autem de exercitu, in uento  
iusdam pauperis foeno ait: *Nonne Rex herbae  
santum praesumi mandauit, & nihil aliud?* &  
(inquit) *herba est. Non enim erimus transgre-  
res praecipi eius, si eam praesumimus.* Cuiusque  
faciens pauperi foenum vi abstulisset, factus  
peruenit ad Regem, quo, dicto citius, gladio  
empto, ait: *Et ubi eris spes victoriae, si B. Martinus  
offenditur?*
5. *Belisarius Constantinopol.* cum ad recu-  
randam de Gothorum manibus Italiam a Iuliano  
ano missus esset, ad eum ab omni maleficio nullum  
continuit, ut cum iter facerent, quanquam de-  
si, ad decerpēdos fructus, qui in uia ab arboribus  
pendebant, nunquam manum extenderint, nec  
in opacum locum pabulatum frumentatumque  
iuerint. *Fulg. lib. 2. c. 2. ex Procopio.*
6. *Totilas Rex Gothorum* toto tempore, quo  
Italiam tam copiosos exercitus circumduxit,  
sui milites quacumque iniuria agricolas afflic-  
rent, seueritate sua effecit. *Procop.*
7. *Robertus Salernitanus Princeps* aiebat: *Mil-*

se ut miles ad hostem transfugiat, quàm in suis castris contumaciter se gerat.

8. Fuit olim Comes quidam Palatinus Rheni Fridericus nomine. Is in quodam prælio, imperante Adolpho Nassaviensi, tres Illustriss. Principes cepit, quibus in arcem deductis, conuiuioque exceptis, talibus Heroibus digno, vetuit apponi panem, eumque postulantibus iussit renuntiari, non esse id abs re factum, voluisse nimirum se ipsos commonefacere, bella sic geri debere, ut petatur hostis, non innocens turba agricolarum fame necetur, quorum segetes ipsi contra ius belli crudeliter vastassent, & frumētum iam importatum succensis pagis corrupissent. Certè quando deest panis, tunc est cibus omnis inanis. (P. Egerus in Calend.) Factū est Anno Christi 1298.

9. Pyrrhus cū videret delectorem suum grandes & robustos milites præcipuè eligere, dixisse fertur. *Tu grandes, ego fortes reddam*, indicans disciplinam plus valere in bello, quàm militum proceræ corpora. *Frontinus lib. 4. c. 1.*

10. Memoriae prodidit Scaurus pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat completa metatio, postero die, abeunte exercitu, intactis fructibus fuisse relictam. *Ibid. c. 3.*

## SIGNVM LII.

A DOCTRINA EGREGIE ARMATUM esse, & doctos amare. *Docti esse*

Eruditionem & doctrinam in Magistratibus & officijs publicis minimè spectandam esse docent hæ rationes. 1. *ab incommotis*: quia *doctos*

V 2

*M. Jun. in  
quæst. Rom.*